



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Concilia Galliæ Narbonensis**

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1668**

Concilivm Narbonense Habitum anno MCCCLXXIV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14646**

AMELIO DE LAUTRECO. ] Episcopo  
postea Convenarum, Cardinale creato à Clemente  
VII. anno MCCCLXXXV. die XII. mensis Julij.

## CONCILIVM NARBONENSE

*Habitum anno M C C C L X X I V.*

**C**ONCILII istius Narbonensis canones descripti sunt ut plurimum ex superioribus Conciliis à Petro Archiepiscopo Narbonensi celebratis, neque Notis nostris indigent. Illud tantum admonere sufficiat, ex epistolis Gregorij XI. heic insertis colligi illum existimasse necessariam esse Conciliorum provincialium celebrationem ad conservandam disciplinam ecclesiasticam morēsque Christianorum informandos.

## CONCILIVM AVENIONENSE.

**G**A S B E R T U S de Bellania Arelatensis Archiepiscopus, qui Concilio præsidebat, Iohannis XXII. conterraneus fuit, natus in parœcia sancti Petri de Dunzaco apud Cadurcos. Hunc idem Iohannes Episcopum Massiliensem creavit. Fallunt enim qui Gasbertum anno MCCCXIV. cathedram Massiliensem tenuisse putant. Nam anno MCCCXVII. mense Mayo Raymundus erat Episcopus Massiliensis; ut patet ex Sententia Michaëlis Inquisitoris hæreticæ pravitatis in Arelatensi, Aquensi, & Ebredunensi provinciis ab apostolica sede deputati, data adversus quosdam hæreticos apud Massiliam eo anno combustos, quæ extat in veteri codice MS.